



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Ornatum lectorum dissuadent nobis tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

ueste peregrina . Quartum est superfluitas , quæ duplex potest esse , filiet quo ad magnitudinem ; ut in longis caudis terram induentibus , & nā scopantibus & de nuditate Christi in pauperibus nō curantes , quibus causis pulices colligunt , & puluerē hominibus mouent . Secundo quo ad multitudinem ; contra eos , qui nolunt habere diuersa paria uestium , & potius nolunt eas à tineis comedī , quam Christum in pauperibus indui . Vnde Iacobus ait contra istos . Agite nunc diuites , plorate ululantes in miserijs uestris quæ adueniēt uobis ; diuitiæ uestræ putrefactæ sunt , & uestimenta uestra a tineis comesta sunt ; aurum & argentum uestrum eruginavit , &c. De hoc uide in capitulo de Auaritia .

Isa.5.

*Ornatum lectorum dissuadent
nobis tria .*

PRIMUM est maledictio quæ datur per prophetam Amos . Vx Amo.6. qui dormiunt in lectis eburneis . Secundum est consideratio leti domini , sicut , crucis . Vnde P. Augustinus . Lectum suum dimisit Christus discipulis suis , cum illo in

Auguf.

CHRISTIANA

isto iaceat lecto , moriatur in cruce;
si uult crucifixum placatum uidere,
erucē intelligo totam uitam eius cra-
ciatu plenam . Si ergo Christilectus
est sancta crux , superbus profecto
minister est , cui non sufficit lectus
domini sui . Tertium est timor leui
infernalisi . Vnde Isa . Sub ter testet
netur tinea , & operimentum tuam
erunt uermes . Qui non possunt sustin-
nere pullices , quomodo sustinebunt
uermes ? Qui timet pruinam irruat
super eum nix , dicit patientissimus
Iob .

2,14

Iob,6,

*Ornatus superbi Stultitiae sunt
quatuor.*

PRIMA est , quia exteriora sua
uilia , interioribus , quæ præcio-
sa sunt præponunt . Similes illi
qui paraturam pomi , ipsi pomo pre-
ferunt ; & cooperturam torselli ipsi
torsello . isti nanque magis exteriora
quam interiora habere cupiunt . Et
Gene,14 tamen Diabolus non curat de exterioribus sed de interioribus , de quibus
illis non est curæ . Da mihi animas
cetera tolle tibi , dicitur in Genesi .
Secunda est , quia cum morte damnati
sint , & iam ad illam ducantur , plus